

Lateinische Lektüreübung II (Faller)

Wintersemester 2023/24

Text 1

Der junge Phaëthon unternimmt eine Spritztour mit dem Sonnenwagen seines Vaters Sol. Sie misslingt völlig.

- 1 Ut vero summo despexit ab aethere terras
infelix Phaëthon penitus penitusque iacentes,
palluit et subito genua intremuere timore
suntque oculis tenebrae per tantum lumen orbortae,
5 et iam mallet equos numquam tetigisse paternos,
iam cognosse genus piget et valuisse rogando,
iam Meropis dici cupiens ita fertur, ut acta
praecipiti pinus Borea, cui victa remisit
frena suus rector, quam dis votisque reliquit.
10 quid faciat ? multum caeli post terga relictum,
ante oculos plus est: animo metitur utrumque
et modo, quos illi fatum contingere non est,
prospicit occasus, interdum respicit ortus,
quidque agat ignarus stupet et nec frena remittit
15 nec retinere valet nec nomina novit equorum.
sparsa quoque in vario passim miracula caelo
vastarumque videt trepidus simulacra ferarum.
est locus, in geminos ubi bracchia concavat arcus
Scorpius et cauda flexisque utrimque lacertis
20 porrigit in spatium signorum membra duorum:
hunc puer ut nigri madidum sudore veneni
vulnera curvata minitantem cuspidem vidit,
mentis inops gelida formidine lora remisit.
[...]
corripitur flammis, ut quaeque altissima, tellus
25 fissaque agit rimas et sucis aret adeptis;
pabula canescunt, cum frondibus uritur arbor,
materiamque suo praebet seges arida damno.
[...]
Sanguine tum credunt in corpora summa vocato
Aethiopum populos nigrum traxisse colorem;
30 tum facta est Libye raptis umoribus aestu
arida, tum nymphae passis fontesque lacusque
deflevere comis; [...]

Hilfen:

- Z. 6: **genus:** „wahre Abstammung“ (Phaëthon wuchs bei seiner Mutter und einem Stiefvater auf, vermutete aber, dass er von Sol abstamme. Seine Mutter bestätigt ihm das schließlich, Sol selbst auch. Letzterer gewährt ihm einen Wunsch. Phaëthon möchte mit dem Sonnenwagen fahren. Das verheerende Resultat sehen wir im obigen Text).
- Z. 6: **valuisse:** „sich durchgesetzt haben“.
- Z. 7: **Meropis:** „(Sohn) des Merops“. Merops war der Stiefvater des Phaëthon.
- Z. 8: **pinus:** Hier im übertragenen Sinne als „Schiff“ zu verstehen. „Borea“ ist Ablativ von „Boreas“.
- Z. 9: **frena:** Hier: nicht Zügel (wie in Z. 14), sondern „Steuerruder“. **quam:** auf *pinus* zu beziehen.
- Z. 12: **quos ... :** Der Relativsatz gehört eigentlich hinter *occasus* (Z. 13).
- Z. 17: **simulacra ferarum:** hiermit sind die Sternbilder des Tierkreises (*zodiacus*) gemeint.
- Z. 20: **signorum ... duorum:** als Genitivattribut zu *spatium*.
- Z. 22: **cuspidem (v. cuspis):** hier: „Stachel“.
- Z. 24: **corripitur:** Vorsicht – Das Subjekt ist hier nicht Phaëthon, sondern folgt erst weiter hinten in Z.24...
- Z. 26: **pabula canescunt:** „die Weiden/Grashalme werden grau“ (nämlich, da sie quasi eingeäschert werden).
- Z. 30: **Libye** (Nominativ!): = Afrika.
- Z. 31: **passis:** von *passus*, -a, -um, „aufgelöst, wirr, zerzaust“.

Ovid, *Metamorphosen* II 178-200, 210-213, 235-239